

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Grammatica**

**[Straßburg], [um 1495/97]**

Sortes currit [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-289396](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289396)

tes 7 plato currunt. ibi conuinctio intransitiue constructur  
neq; hoc est contra regulam. quia regula intelligitur de con-  
structione conuinctionis cuz suis coniungibilibus scdm se  
et nõ per respectum ad aliud. scz ad uerbum. Qualis est ipsa.  
Congrua. Scdm quam regulam. Conuinctio copulatiua  
vel disiunctiua copulans dictiones casuales. debet copun-  
gere siles casus añ 7 post. Quanta est ipsa. Imperfecta. ut sup.

**Albus homo** Est constructio. Que uocatur ipsa  
Adiectiui cum suo substantiua.  
Que est ipsa. Intransitiua personarum. Unde hoc. Diffini-  
tione 7 regula. Quomodo diffinitione. quia ibi non fit tran-  
sicio super obliquum. et neutrum constructibile significat ac-  
tum. Quomodo regula. quia adiectiuum non partitiuum si-  
ue nominale siue pronominalis siue participiale cuz suo sub-  
stantiua constructum facit constructionem intransitiuam  
personarum. Unde uersus. Adiec. cū substās. personarum  
facit intrans. Item dicendum est de constructionibus ap-  
positiualibus. ut animal homo. Marcus tullius. Qualis  
est ipsa. Congrua. Scdm quam regulam. Omne adiectiuū  
siue sit nominale siue pronominalis siue participiale debet con-  
uenire cū suo substantiua in genere. numero. 7 in casu. Quā-  
ta est ipsa. Imperfecta. quia imperfectum sensum denotat  
in animo auditoris.

**Iste homo** Est constructio. Que uocatur ipsa. Cō-  
struictio demonstratiui cum suo demon-  
strabili. Que est ipsa. Intransitiua personarum. Qualis est  
ipsa. Congrua. Scdm quam regulam. Demonstratiuum 7  
suum demonstrabile debent conuenire in genere numero et  
in casu. Quanta est ipsa. Imperfecta. qz imperfectum. zc.

**Sortes currit** qui mouetur. Est cōstruictio. Que  
uocatur ipsa. Relatiui cum suo an-  
tecedente. Que est ipsa. Intransitiua personarum. Unde hoc  
scitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione quia  
ibi non fit transicio. zc. Quomodo regula. quia relatiuū cuz  
suo antecedente constructum facit constructionem intransi-  
tiuam personarum. Uersus. Intrans persona fit cum pre-  
cedente relatum. Qualis est ipsa. Congrua. Scdm quaz re-  
gulam. Relatiuum 7 suum antecedens debent conuenire in



genere. in numero. et aliquando in persona. et in casu. Quanta est ipsa. Imperfecta. quia imperfectum sensum denotat in animo auditoris. Et licet totalis constructio sit perfecta. tamen ista perfectio non prouenit ex constructione relativi et sui antecedentis. sed ex constructione suppositi cum apposito.

**Legobene** Est constructio. Que vocatur ipsa. Constructio verbi cum adverbio. Que est ipsa Intransitiua personarum. Unde hoc scitur. Regula. Quo modo. quia aduerbium intransitiue constructur cum verbo Dicitur notanter cum verbo. quia aduerbium constructum cum obliquo. facit constructionem transitiuam. ut iste scribit similiter mihi. Sed cum verbo constructur intransitiue In excipitur aduerbium vocandi quod cum uocatiuo constructum facit constructionem transitiuam actuum. Versus. Pars in de cum de personarum intras facit ex se. Dinc o sit demptu qm trans exercitat actum. Qualis est ipsa. Longua. Scdm quam regulam. Sicut nomina actiua fixis adijciuntur. ita aduerbia uerbis. Ex quo patet q ista constructio Legobene propter conuenientiam quam habet. constructione adiecti uali dicitur intransitiua personarum. Quanta est ipsa. Imperfecta. Quare. Quia imperfectum sensum denotat in animo auditoris.

De interiectione nota regulam.

Interiectio quia pars uicina adverbio. ideo eadem est ratio ipsius et aduerbii quo ad constructionem.

De locali ordinatione constructibilium.

Constructio debet incipi a uocatiuo si sit in oratione Post uocatiuum debet poni nominatiuum. Post nominatiuum debet poni uerbum personale. Post uerbum debet poni aduerbium. Item post uerbum debet poni datiuus uel accusatiuus Benitiuus debet sequi dictionem a qua regitur. Prepositio debet preponi suo casuali. Ut autem hoc manifestum fiat. sumo exemplum. Fratres. Paulus seruus ihesu xpi agit semper deo gratias pro nobis in gratia dei que data est nobis in xpo ihesu. Iste ordo est bonus. quia omnia que debent preponi sunt preposita. et omnia que debent postponi sunt postposita.

De predictorum autem constructibilium ordinatione Alexander subscriptos posuit versus.

B iij